

istoria iter sibi ad acquirendum Neapolitanum regnum apertum iri. Igitur sub Octobris finem florentissimum collecto exercitu iter per Alpes ingressus Mediolanum venit ab hostibus desertam urbem, quam non ingreditur, curam obfendi arcem cum sufficienti praesidio Trimolio relinques. Hispani firmo praesidio Ticinum, que Papia dicitur, misso, & Antonio Leva praefecto imposito cum reliquo exercitu Laudem Pompeji, que *Lodi* vulgo dicitur, receperunt.

10. Relicto igitur cum aliquot copiis Trimolio apud Mediolanum Rex Ticinum oppugnat, & cum augendus potius quam minuendus esset exercitus, Rex illum nimia diminutio debilitavit. Enim vero Joannem Stuardum Scotum Albaniam Ducem cum decem milibus peditum ac mille equitibus Neapolim, & Michaelm Antonium Salutarium Principem cum aliquot expeditis cohortibus in Genueses mittit. Ita sparsae Gallorum vires sequuturo mox infortunio viam aperuerunt. Accerito enim ex Germania novo virium subfadio, novoque habito in Italia militum delectu Borbonius regia caltra adoritur, simulque ex composito facta ductore Antonio Leva eruptione extra urbem acris pugna conseritur. Alensonius Dux ad bellum pericula multum ineptus, contra quem Leva milites Ticino eduxerat, primo congesu teritus, ratus omnia jam perdita & profigata, cum quadrigenitis equitibus fugam cepit, & pratervectus Helveticos, iis fidem fecit Francos omni loco victos & depulbos, qui avita suæ fortitudinis haud fatis memores dimicantes se subduxerunt. Totum interea pondus prælii in Regem incumbit. Germani ad ejus latera fortiter dimicantes ad unum pro salute Regis casi sunt nemine terga vertente. Nobiles quoque Franci Regis latera tegentes pati fide & fortitudine animi in armis conciderunt. Rex suffuso semel atque iterum equo femore laetus certamen pedestre intrepide iniit, ubi Mars atrocissimus erat, cumque in extremo vita discrimine versaretur, accurrens Pomperantius, qui Borbonio comes deserenti Franciscum hcererat, hic vero in pedes diligens irruens stricco ferro propulsans Regem texit pugnamentum, donec adveniret Lanoj Prorex Neapolitanus, cui Rex Borbonio diffidens se tradere maluit. Contigit hæc ad Ticinum clades Februario 24. ann. 1525. Bonivetus, cuius infelici consilio alii enixe dissidentibus Rex Italianum profectus fuerat, & Ticinum obfidence cinxerat, ne vivus in Borbonii veniret potestem, five impar doloris magnitudini, in confertissimam aciem ultra irrumpens per vulnera emitit animum. Maxima Nobilium pars vel in confictu perit, vel in captivitate abducta est. Carolus Alensonius cum Lugduni respirat & fuga, ejus infamia tantum dolorem admisit, ut octavo die vitam, quam periculo exierat, amiserit, & in eo stirps Alensonia desit regio exorta sanguine.

11. Franciscus Rege captivo in Hispaniam abducto, dum in custodia detinebatur, proposita sunt pacis & libertatis admodum dura conditiones, quarum prima & principia fuit, ut Burgundia Ducatum cum multis eius appendicibus Casari traderet omni supremo jure possidendum. II. Ut omnibus Regni Neapolitani, Principatus Mediolanensis, Genua, Afra quibuscumque iuribus, neon Flandria & Artesia supremo jure cederet, atque urbes quas in eis possebat, restitueret. III. Eleonoram Casaris sororem, Emmanuel Lusitanie Regis viduam, duceret. IV. Borbonio ablatas omnes ditiones & opes restitueret. V. Duos filios suos natu maiores obfides date fidei de his aliisque conditionibus adimplendis traderet: eo quod Rex excusat jure ipso non valere a quoque pacta convenita, qui liber siue juris non esset, præsumi namque ab invito per vim extorta. Addita quoque fuit ea, quam Attilio Regulo captivo Carthaginenses indixerant, ut si conditions undecimque adveniente impedimento effectum non sortirentur, Rex ipse rediret, seque pristina custodia subjeceret. Rex libertatis cupidus his conditionibus fidem suam obstrinxit. Adduci fuit regi liberi impuberes, Franciscus Delphinius novennis, & Henricus Aurelianensis Dux ockensis, qui eodem momento ab Hispanis recepti sunt, quo pater eorum dimisus est. Qui redditus libertati, promissis non stetit, eorum prætexens durichtem, & iniquitatem, siue ad promittendum in captivitate coactionem. Convocata etiam regni comitia protestata sunt, non posse ab illo Rege convelli coevam regno legem de non minuenda tantisper Francia ditione. Burgundi quoque decernunt, armis se tueri, ne a Regno divellantur. Prætereaque fœdus initus inter Pontificem Clementem VII. Regeque Francia & Anglia & Venetos, & Franciscum Sforciam Mediolanensem Ducem socialis belli, pro Italia libertate tuenda, Sforcia Principatu afferendo, & recuperando Francisci Regis filii conclufulum die [Maii 17. ann. 1526. Quo eodem Romæ potens Columnenium familia Ca-

rolo Imperatori additissima, occulte adversus Pontificem conspiravit, Cardinalis Columnensis Vespasianus, ejusque frater Pompejus cum Hugone Moncada Hispano nocte, quo vigesimali Septembri diem præcessit, cum octingentis equitibus & tribus peditum millibus summa celeritate incidentes, nemine de ipsorum molitione suspicente, Urbem summo mane ingressi ad Vaticanum contenderunt. Quorum adventu confermati Pontifex cum nonnullis Cardinalibus, quibus magis confidebat, in arcem Sancti Angelii se recepit. Hostes autem, Palatio Pontificio cum sacra omni profanaque supellecile direpto in Basilicam quoque Sancti Petri nefarias manus injecere, eamque pariter diripere cum opulentioribus illius suburbii domibus. Moncada vero ad colloquio accito, inducit, reclamantibus licet Columnenibus, ac præcipue Casari, composta inter Pontificem ac Casarem fuere: quibus Pontifex statim copias, quas circa Mediolanum habebat, removere, Columnenibus & omnibus, qui hoc motu implicati fuissent, ignorare, censurisque exsolvere, atque obfides de his dare pollicitus est; Casariani vero & Columnenses copias Roma & ex finibus dominationis Pontificia educere promisere.

14. At Clemens, cuius officii erat sacrilegia & detestanda facinora reprimere, neque sine illa impune dilabi, Columnenses postmodum omnes hostes Ecclesiæ pronunciavat, meritique pœnas subjecit. Et Cardinalem dignitatem exaustroravit, dirisque devovit, ac per Vitellium copiarum suarum ducem cuncta fere oppida Columnensis diripiuit, incendit, aut diruit; Cardinalli interim a tentativa in se lata, Neapolis ad futurum Concilium provocante. Appulso autem Cajetanum cum Hispana classe Lanoj Prorega Neapolitano ad finem anni, & in Insulam pariter confluentibus Gallorum & Germanorum copiis, bellum utrinque magnis contentionibus recrudescebat. Carolus Casar Borbonius egregium imperiorum suorum administrum, ac potentiam sua strenuè præcipuum adjutorem ex Hispania in Italianum cum copiis dimicavit, qui frustra tentata Florentia nobili & copiosa civitate, cuius direptionem pro stipendo a biennio fere militibus Germanis non perfoluto destinaverat: qui etiam per seditionem tentorum ipsius occisis, occisis quibusdam ejus contuberniis, omnem ejus supellecilem expilaruerunt. Hunc ergo exercitum magnis itineribus sine machinis aut impedimentis Romam adduxit, ut civitas adeo opulenta direpto illis esset pro ditissimo stipendo. Anno 1527. die Maii 5. Borbonius in pratis Vaticano vicinis castra metus urbem adoritur, isque inter primos scalis admotis concafo muro glande plumbea ad illa trajectus mortuus concidit. Arausicanus Princeps, cui prima a Borbonio partes, vidit cadentem, obiectoque cadavera ne militum ardor deferveret, locum demortui occupans (ut Publio Valerio Consule in acie ceso Publum Volumnium fecisse olim prodidit Historici) id peregit, ne sensus ejus interitus ad militem deveniret, antequam urbs omni ex parte esset expugnata. Teterima fuit caputæ urbis facies effusa in omnem licentiam prædonibus, nullum templum sacrilegii eorum manibus inviolatum manifit, neque matrona, neque virgines etiam sacra violenta eorum supra evadere potuerunt, nulla fuere Procerum aut aliorum commode viventium ædes militum manibus intactæ, qui postquam obvia quæque diripuerant, tormentis adhibitis inquinilos cruciabant immaniter, ut si quid adiessent, manifestarent. Clemens Summus Pontifex in molenti Adriani, qua Sancti Angelii castrum vocatur, vix evasit. Hanc arcem Auriacensis Dux, perducta in circuitu fossa, dispositis per loca præsidis circumvallavit, ne qua subficia vite inclusu Pontifici ministrarentur, ut scilicet fame & penuria ad deditiæ adigeretur: ad quam denum coactus sub durissimis conditionibus fuit, ne libertati dimisus, nisi postquam omnes illas adimplevit. O præclarum Caroli V. Casaris religionem! duobus aternis insignitam monumentis, per ea que Roma gesta sunt, tum per Columnenses & Moncadam, tum deinde per Borbonium & Arausicanum. Nec vero Pontifex Clemens huic secunda ereptus est captivatus, etiam pœnis, que Romanum innumeris funeribus hauserat, in arcem quoque Sancti Angelii pervasisset, & aliquot Pontificis familiares, nisi postquam Casar ibi periculum imminere perfexit ex accusa adventantis Francisci exercitus duce Lautreco, cui Franciscus Rex mandarat, ut quam citissime Summum Pontificem ex captivitate eriperet. Sed neque Franciscus immunitus est a peccato spretus religionis, qui Turcas belli focios accivit adversus Casarem, obtinuisse ab eorum Imperatore Solimanno, ut Barbarossa insignis pirata Rex Algerum præfectusque maris Turcici ibi in auxilium mitteretur, qui clausa adducta Niciam Sabaudi Ducis urbem obsedit, nec tamen expugnavit,

nihilque

edito adversus Lutherum libro, defensoris fidei titulum meruerat, Anna Boleniz amoribus irreitus, cum Catharina uxore, Ferdinandi & Isabellæ Hispania Regum filia, & Caroli V. Imperatoris materterta, divortium facit anno 1532. & nuptias sacrilegas cum Bolenia init. Eaque de causa Summi Pontificis tentata, piorum communione sejunctus, hostem se Romane profectus Ecclesiæ, ditionem suam ab ea divulgit, seque Anglicana caput Ecclesiæ constituit, & quoscumque subditum fibi renentes ultimo supplicio quasi perduelles fecit: in his Thomam Morum Regni Cancellarium, illustre probitat atque eruditio virtutum, & Joannem Ficerum Roffensem Episcopum, purpura, dum Anglici carcere detinetur, a Summo Pontifice ornatum anno 1521. expugnat, annoque subsequenti Rhodium sexto ab obfitione mense, nemine per id tempus in auxilium acurrente, Christianis etipuit. Exinde fuis Hungarorum copiis eorumque Rego Ludovico, dum post innam suorum stragam fuga fibi consulit, gurgite paludis immerso. Budam regni caput omnemque longe lateque circumfusam regionem subjugavit anno 1526. Exinde a Vienna obfitione repulsi Albam Regiam, Strigonium, aliaque deinceps Pannonum oppida & arces subegit anno 1529. Sed etiam heretarchæ facilius istius maiorem Ecclesiæ perniciem invexerunt. Lutherus ex Augustinianorum Ordine perfidus apostola, Saxoniam primum, deinde universam fere Germaniam, extremaque Septentrionis plagas Daniam, Sueciam, Nordvegianum insecutus contagio perverse doctrinæ, quam Fridericus Elector Saxonius primus inter Principes exceptit, ejusque patrocinium suscepit, singulare gratia & studio Lutherum complexus tum quia Lutheri studia promovet, sumptuque ad ejus solemnum in Doctorem Theologum suscepit, in ea quam Princeps idem fundat, Universitate Wittembergensi, pia liberalitate supeditaverat, cumque illius ingenium atque in concionando eloquentiam, & in disputando soleritatem & acumen suspiceret, magnum Academiam Wittembergensi decus Lutherum promovendo contulisse rebatur. Erat Friderico patrelis Georgius alter Saxoniae Dux fidei Catholicæ studiosissimus. His ad convincendos Lutheri errores insigne in Academia Ingolstadien Theologiae professorem Joannem Eckium Lipsiam, quæ ad Georgii Principis ditionem pertinebat, evocavit, ipsumque Lutherum ad disputandum mutuo adhibitis scribis, qui disputationi dicta scripto exciperent. Lutherus Joannem Carolostadium ibi fidissimum Doctorem, a cuius manu Doctoris lauream in Academia Wittembergensi receperat, secum adduxit. Multorum dierum fuit hec disputatio, quam primis diebus auspicii sunt Eckius & Carolostadius, sed huic disputatione convicto & fatigato successit quasi succenturarius miles Lutherus, qui in progressu disputationis cum rationibus Eckii urgenter, more pericinacum, quibus rationes descivit, in iras & convicia prorupebat, ideoque blande admonitus, ut nihil per iram, sed modeste ageat, nec auditoribus scandalum ingereret; impensis respondit, non propter Deum hanc res ceptam esse, neque propter Deum finitam. Lutherus se pugna subtrahente, prodiit denuо in arenam Carolostadius; tandemque decimoquinto certaminis die de palestra recesserunt, causantes suam Wittembergæ necessarium esse presentiam. Ex-Lutherana radice prodit venenatus Anabaptistarum stolo, Christianos atque infantili baptizatos adulta jam etate rebaptizantium, & decernentium nulli quatinuscumque legum aut præceptiorum, ne quidem ipsius sacre Scriptura standum esse præjudicio, sed his duntaxat, que proprius spiritus suggerit: id enim esse divini Spiritus impulsum, cui resistere nefas. Hujus delitii auctorē quidam dicunt Nicolam Storkum, alii Balhassarem Pacimontanum. Sacramentarii quoque hoc facculo prodierunt, & stupendum in modum propagati sunt, auctoribus Carolostadio, qui hoc in re cœpit a Lutheru dicendere: unde tantum inter ambos pœnitentem odium, quatenus ante fuerat amor, quo erant colligati. Sacramentariorum sectam primum apud Helvetios inverxerunt Udalricus Zwinglius, Tigurinus Parochus Ecclesiæ, & Joannes Ecolampadius apud Basileensem, ex Ordine Regularium Sanctæ Birgittæ apostola, & apud Gallos Joannes Calvinus, Novioduno in Picardia oriundus. Iste Francia excedens sedem Geneva fixit, quæ paucis ante annis incitante Guillemino Farelo suum cum omni Clero Episcopum expulerat. Calvinus post aliquot annos Michaelm Servetum Hispanum, qui Genévanum se recepit, heres posulavit adversus sanctissimam Trinitatem, quam instaurata Pauli Samotrensis heresi hominum esse commentari afferbat, nec nisi unam personam Deo attribuebat: quamobrem accusante & urgente Calvinio, Magistratus sententia, Servetus rogo colligatus vivus est combutus.

16. Henricus Anglia Rex ejus nominis VIII. qui

meruerat, Anna Boleniz amoribus irreitus, cum Catharina uxore, Ferdinandi & Isabellæ Hispania Regum filia, & Caroli V. Imperatoris materterta, divortium facit anno 1532. & nuptias sacrilegas cum Bolenia init. Eaque de causa Summi Pontificis tentata, piorum communione sejunctus, hostem se Romane profectus Ecclesiæ, ditionem suam ab ea divulgit, seque Anglicana caput Ecclesiæ constituit, & quoscumque subditum fibi renentes ultimo supplicio quasi perduelles fecit: in his Thomam Morum Regni Cancellarium, illustre probitat atque eruditio virtutum, & Joannem Ficerum Roffensem Episcopum, purpura, dum Anglici carcere detinetur, a Summo Pontifice ornatum anno 1521. gladio subiecit. Annam pellicem, sed ementito nomine dictum uxorem, ex qua prognata erat Elizabetha, quæ in pericilio Ecclesiæ multos postea regnavit annos, cervicis amputatione damnavit. Ipse vero ad sextam usque conjugi connubia multiplicavit, ex quarum una filium sulpit Edwardum, in quem suam transmisit Anglici & Hibernici Regni successionem. Sed hoc juvenili etate mortuo, bina delata regna Marie Henrici & Catharina filia, Hæc Catholicæ fidei in Angliam reduxit, & Philippo secundo Hispaniarum Regi nupfit, cui tamen nullam reliquit prolem, Regnum exosa ab anno, quo fato functus est Edwardus 1553. accitoque Reginaldo Polo Cardinali, & propinquo suo, Regnum Romane fidei communionique restituit. Veruntamen sexto post anno, qui fuit Cartili 1558. Maria defuncte succedens Elizabetha Henrici & pellicis Anna filia, pristinam perfidiam reduxit, & Catholicos omni crudelitate infectata est.

17. In vicinia Scotia Jacobus V. ejus Rex Catholicæ fidei studiosissimus, post schismata Anglicanum ab Henrico invenit, dum vixit, sollicito obstitit, ne heres ex Anglia emula in suum regnum pervaderet. Postquam autem obiit anno 1542. unica relicta legitima prole Mariæ infantia dierum octo, res Catholicæ copit in eo regno fluctuare, ortis contentionibus de regni administratione, quarum occursu heres fæsi inveniat in regnum, tandemque omnino prævaluit anno 1559. quo Joannes Knoxus ipse Scotus Presbyter & Monachus religionis Catholicæ perdidellis, qui pœnas sceleribus suis debitas fuga evadens in Angliam primum, deinde Genzvam ad Calvinum se contulerat, ubi communicatis cum illo consilii, & seditionum aquæ destrutionum artibus aptime instrutus, in patriam rediens, junctus seditionis quibusdam primoribus conjuratis, adeo rem hereticam auxit concionibus suis & inventivis, ut matrem Reginam & Reginam pupillam tutricem administratione regni hereticæ perduelles deturbarint, ipsa vero pupilla Maria, ne sub potestate conjuratorum caderet, in Galliam traducatur, Franciso secundo Regi defonsanda. Jacobus vero Stuardus notus Jacobus V. Regis filius, Moravia Comes, Catholicæ religionis infensus, Episcopos cum Clericis & Monachis regno exigit, sacrificque omnibus concutatis, & Ecclesiæ opibus explatis, adiutori uisu seditionisissimo Knoxo, hereticum Calvinianam totu regno stabilivit. Mortuusque Franciscus Rege sponso, Reginam Mariam in Scotiam reducem continuis rebellibus, infandis calunnias & contumelias vexavit. In oīum autem Catholicæ religionis, quam proficiebat Henricus Stuardus, quem illa fidei conjugio invito Jacobo Stuardo noto elegat, & ab hereticis pulsum ab exilio revocarat, hereticus Henricum Regem proclamatum interficerent, Reginam Mariam carcere concluserunt, concitante Jacobo noto: illa vero clam e custodia dilata confudit ad Elizabetham Anglia Reginam, que constantissimam in retinenda Catholicæ fide ideoque invisa & exofam, carcere viginti annis detentam per carnificem capitum supplicio addxit, ejusque filium Jacobum Stuardum Anglia regno designatum hereticis Magistris tradidit educandum.

18. Anno 1545. memorabilem de Germanis hereticis & rebellibus victoriæ Carolus Cesar retrulit ad flumen Albin. Perduellis exercitus duces erant Joannes Fridericus Dux Saxonie Elector, & Philippus Landgravius Hassia, copiarum numero Cesaris longe superiores: commissum est prælium trans Albin non procul a Muthergo oppido, alii Balhassarem Pacimontanum. Sacramentarii quoque hoc facculo prodierunt, & stupendum in modum propagati sunt, auctoribus Carolostadio, qui hoc in re cœpit a Lutheru dicendere: unde tantum inter ambos pœnitentem odium, quatenus ante fuerat amor, quo erant colligati. Sacramentariorum sectam primum apud Helvetios inverxerunt Udalricus Zwinglius, Tigurinus Parochus Ecclesiæ, & Joannes Ecolampadius apud Basileensem, ex Ordine Regularium Sanctæ Birgittæ apostola, & apud Gallos Joannes Calvinus, Novioduno in Picardia oriundus. Iste Francia excedens sedem Geneva fixit, quæ paucis ante annis incitante Guillemino Farelo suum cum omni Clero Episcopum expulerat. Calvinus post aliquot annos Michaelm Servetum Hispanum, qui Genévanum se recepit, heres posulavit adversus sanctissimam Trinitatem, quam instaurata Pauli Samotrensis heresi hominum esse commentari afferbat, nec nisi unam personam Deo attribuebat: quamobrem accusante & urgente Calvinio, Magistratus sententia, Servetus rogo colligatus vivus est combutus.

Cesar,